



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Quid faciendum post Octiduanam Recollectionem pro executione  
constanti bonorum propositoru[m]. Cap. XIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

vinguibus suis assimilata formam dilacerantis, & turpem faciem suam naturalem conspiciendam præbentis; idem dici potest de Religioso intus malè constituto, ac irreligiosè viuente, sed specie quadam & religiosa veste veluti personato incedente, ubi se in recreatione obtulerint occasiones iocorum, facetiarum, scurrilitatum, detractionum, veluti amygdalorum aut nucum simiæ oblatorum, repente eas arripiunt, & simias se non veros Religiosos & spirituales homines demonstrant. Cauemus igitur, vt loco citato monet S. Gregorius Nyssenus, Ne dum nudâ professione ac specie (religiosi) prætextu, solus nominis insignimur, aliud, atque videtur esse, ab eo, qui occulta intuetur, demonstreretur. Quemadmodum enim simia non satis fuit falsa atque assimilata forma, ad hoc, vt homo existimaretur, deprehensa per ingluuiem belliarum natura; Ita qui non verè ipsam naturam suam (religiosum spiritum) deformauerint, facile per diaboli escam & ingluuiem conuincuntur, quod aliud sint, atque præ se ferant ac profiteantur.

209. *Vndecima causa*, Ob quam non durant fructus Exercitiorum, est in deuotus vsus Sanctissimæ Eucharistiæ, tum ante eius receptionem, tum post eam receptam; si te citò confetas ad profanas occupationes. Vna enim & sola Communio benè peracta, est sufficiens ad faciendum hominem perfectum & sanctum vt dicebat B. Maria Magdalena de Pazzis. Meritò hoc dicebat, quia hoc ipsum S. Dionysius Areopagita dixerat: *Verus ad sacra percipienda accessus, id accedentibus tribuit, vt ex communione Diuinâ ad Dei similitudinem atque consortium transeant.*

e. 94. vite  
e. 3. Eccl.  
hier.

210. *Duodecima causa est*, neglecta renouatio præcipuorum propositorum in Exercitiis factorum: mirum enim in modum iuuant, si quotidie renouentur aliquoties: primò in fine Meditationis: secundò in sacro, si illud audis post Eleuationem maximè, si verò Sacerdos es, in ipsa Communione, vel ante illam loco præparationis (quæ gratissima erit Deo) post dictum: *Domine non sum dignus* &c. tertio in examinibus conscientiæ circa finem eorum: quartò etiam dum is è cubiculo ad aliquem locum remotiorem, prodest ea renouare. Porrò cum omnia renouari nequeant, quatuor proposita sæpè renoua, quæ sunt velut radices & fontes omnium nostrorum bonorum, & totius vitæ spiritualis,

211. & vt appellat S. Ioannes Climacus, *Virtutum Matres*. Primum, fugere omnia illa quæ displicent Deo, scilicet peccata & violationes Regularum. Secundum, Facere benè omnia opera ordinaria, præsertim Meditationem, Examina, & Recreationem. Tertium, Ferre a quo animo omnia quæ displicent amori proprio, vt sunt irrisiones, contemptus. Quartum, Ferri semper ad perfectiora, hoc est curandi perpetuum in virtutibus progressum, sicut eum curas in studiis: & inter res bonas eligendi eam, quam ag-

gr. 26.

noscis esse perfectiorem. Quod si dubitas, vel nescis vtra sit perfectior, eligendi illam, quæ est similior Christo pro te humiliato, neglecto, irriso, occiso &c. iuxta tertium modum seu gradum Humilitatis à S. P. N. Ignatio traditum in secunda Hebdomada Exercitiorum.

#### CAPVT DECIMVM NONVM.

*Quid faciendum post octiduanam Recollectionem pro Executione constanti bonorum propositorum in ea factorum.*

PORRò vt compendio scias, quo modo & ordine post absoluta Exercitia procedere debeas, vt bona proposita exequaris, & non redeas ad pristinam tepiditatem & defectus, hæc faciendi sunt:

Primo post Exercitia die, communica accepta licentia, & eam Communionem offer Diuinæ Maiestati in gratiarum actionem pro iis quæ facienda & vitanda agnouisti tempore Exercitiorum, & ad impetranda efficacia Diuinæ gratiæ auxilia, quibus fretus, deinceps viuas, iuxta bona proposita à te in Exercitiis facta, & ne cedas vllis tentationibus internis, & ne impedimentis externis retraharis à benè inchoata viuendi ratione. Accepto deinde Sanctissimo Sacramento, postquam solitas deuotiones cum Christo Domino peregeris, offer in vnione meritum eius, ei, tua proposita, gratias age, pro eis factis, pote gratiam conuincier ea exequendi semper in occasione omni.

Posteâ adeas Superiorem tuum, vel Confessarium tuum, si Superiorem nullum habes, eique præcipua proposita à te facta communica, tum propter alia, tum vt notitia tuorum propositorum Superiori vel Confessario communicatorum, sit frænnum quoddam, quo retinearis ne in defectus priores relabaris, & sit calcar, quo extimuleris ad constantem eorum executionem, saltem metu & pudore adactus, ne tibi exprobet Superior vel Confessarius inconstantiam in benè cæptis: nam & talibus motiuis secundariò te iuuare debes quæ apud Tirones & imperfectos sæpè maiorem vim habent, quàm alia motiua purè supernaturalia & præstantiora.

Ideo hanc ipsam ob causam, Sancti veteres instituerunt manifestationem propiorum peccatorum Superioribus & Patribus Spiritualibus faciendam, & Christus Dominus, procul dubio etiam hanc ob causam, instituit auriculari rem confessionem.

Si habuisti aliquos socios, qui tibi antea erant vel causa vel occasio liberè viuendi, vel non viuendi spirituali modo, in primo cum eis congressu, manifestè te illis declara, quòd te resoluueris ad mutandam pristinam viuendi irreligiosè

116. giosè rationem. Hoc est S. Chryostomi consili-  
 um: Quid faciam inquit aliquis, apud necessitatem  
 inducentes. Qualem necessitatem ò homo: discant om-  
 nes, quòd omnia malles pati, quàm legem Dei transgre-  
 di; & ab inferenda necessitate desisterent. Sed si frigide  
 coles virtutem, & non ostendes generosè, te  
 nolle quicquam facere, vel omittere, cum trans-  
 gressione alicuius Diuinæ vel Religiosæ legis,  
 semper claudicabis: è contrario verò, etsi displi-  
 cebit exterius dycolis vel imperfectis tua con-  
 stantia, in animo tamen eorum, post quàm ad te  
 redierint, laudare & admirationi eris. Est enim  
 217. virtus, inquit S. Chryostomus, per se ipsam admi-  
 rabilis: quòd si verò quis illam in medio prohibentium  
 colat, multò admirabilior se ostendit. Et propterea  
 Diuina Scriptura, quasi admirando iustum, dicit, quòd  
 in medio illorum, qui indignationem Dei sensuri erant,  
 Noè inuenit gratiam coram Domino Deo, vt nos do-  
 ceat, quòd vnum ille habuerit scopum, vt ab illo oculo  
 laudaretur, qui dormire sopiri, nescit, nihilq; cura-  
 nerit humanam gloriam vel ignominiam vel irrisio-  
 nem. Verisimile enim est, cum prater morem omnium,  
 virtutem coleret, cum fuisse subsannatum & irrisum à  
 malis omnibus, qui consueuerant arguere suam fugien-  
 tes malitiam & virtutem amplectentes; idq; & nunc  
 sepe fieri solet. Et videmus multos, qui risum & sub-  
 sannationem ferre nequiuerint, sed præferunt huma-  
 nam gloriam verè & immortalè, abstractè & illecti ab  
 aliorum hominum malitia, animæ enim fortis & con-  
 stantis est, posse oblectari his, qui auellere moluntur, &  
 nihil facere, vt hominibus placat, sed oculum suum in-  
 tendere ad illam inpositum oculum, & ab eo solum glo-  
 riam expectare. Et istorum gloriam despicere, nulliusq;  
 pili facere humanam laudem, vel conuitia, sed pertran-  
 sire vt vmbra & somnia. Valet ad hoc propo-  
 situm Ethnici Dionis monitum datum contra  
 218. incommoda, quæ vocat Antagonistas virtutum.  
 Nam & ij qui retrahunt, siue malis exemplis, siue  
 malis consiliis à perfecta viuendi & Deo  
 feruendi ratione sunt Antagoniste virtutis, cum  
 quibus ita procedendum est, vt suadet Dio: Sa-  
 ne videntur quidem hi Antagoniste graues & intol-  
 erabiles ignaui omnibus, si quis autem eos contempserit,  
 audacterq; accesserit, videbit eos timidos, & inualidos  
 ad vincendum viros fortes: sicuti res habet etiam cum  
 canibus (apta comparatio Antagonistarum vir-  
 tutis, & religiosæ disciplinæ, cum canibus, qui  
 sicut innocentes, ita illi perfecti viuentis alla-  
 trare & mordere solent) illi enim fugientes in-  
 sequuntur & mordent, dilacerantq; quos apprehendunt;  
 inuadentes autem & pugnantes timent, & recedunt ab  
 eis. Denique si quæ contracta fuerit notitia, eis adulan-  
 tur. Porro multi homines attoniti, iudicant eos esse  
 graues, semperq; fugiunt, nunquam ex aduerso auden-  
 tes eos intueri. Etenim quemadmodum qui pugilum  
 nouerunt artem, si quidem præoccupent aduersarium,  
 non cessant pugnis virgere, sepe etiam ipsi ita inuadentes  
 decipiunt, si verò recedant timentes, tunc fortissimas  
 plagas recipiunt; ita si quis labores excipiat contem-  
 nens, illisq; alacriter appropinquet, nihil aduersus eum

valent. Sin verò desinat & decedat, (à recta viuendi  
 ratione, ob humanum metum vel respectum)  
 longè grauiore vehemioresque videntur. Nam si  
 vehementer inuadas, extinxeris ignem; sin verò suspi-  
 cians & reformidans, vehementer vreris: quemadmo-  
 dum pueri interdum ludentes lingua extingunt ignè.  
 Induant volentes religiosè viuere, nec flecti  
 sermonibus dycolorum, animum Senecæ, qui  
 lib. de vita beata c. 26. sic scribit: Nihil magis, So-  
 crates inquit, persuasi mihi, quàm ne ad opiniones ve-  
 stras actum vitæ meæ flecterem. Solita conferte vndique  
 verba, non conuitiari vos putabo, sed vagire velut in-  
 fantes miserimos. Verum satis tibi non erit, im-  
 perfectis non cedere, sed si poteris, hoc ipsum  
 coneris persuadere talibus, ea adferendo in me-  
 dium, quæ te mouerunt in Exercitiis ad in-  
 choandum religiosiorem viuendi modum. Pro-  
 derit etiam clarè talibus dicere, te declinaturo-  
 rum eorum conuersationem omnem, si deinceps  
 voluerint tibi esse causâ vel occasio non  
 viuendi spiritualiter. Adde etiam minas (si prio-  
 ra non erunt satis) te ad opem Superiorum, vel  
 Confessariorum, recuturum contra eos, si te in  
 spirituali viuendi ratione (vt antea fecerant)  
 impedire perrexerint. Alioquin te in hoc mo-  
 do declares, redibis ad priorem tepiditatem.  
 Satius est eos semel offendere, quàm deinceps  
 (vt dicitur, vlolando cum lupis) sæpius & quo-  
 tidie offendere Deum, propter humanos respec-  
 tus & misera solatiola. Non est perfectè bonus, in-  
 quit S. Gregorius Papa, nisi qui fuerit & cum malis  
 bonus. Et, vt alibi ait, Non valde laudabile est, bonum  
 esse cum bonis, sed bonum esse cum malis. Sicut enim  
 grauioris culpa est, inter bonos bonum non esse, ita im-  
 mensi præconij est bonum esse inter malos. Quocirca  
 clarè loquere talibus, te velle deinceps melio-  
 rem inchoare viuendi rationem; noli minas  
 aliorum metuere. Vt prænantibus & lactantibus  
 in illis diebus, ait Dominus, inquit S. Isidorus Pelu-  
 siota, ad eas animas, quæ Diuinum amorem velut vie-  
 ro adhuc gerunt, nec verborum libertate ac fiducia  
 vii. Deique confessionem, acremque pro ea contentio-  
 nem ac dimicationem, parere audent; nec præmiorum  
 spem sibi proponunt, verum minus aut insulubris fracta  
 sunt, ac futuris rebus spoliata; scilicet merito & co-  
 ronâ gloriæ futuræ.

Habeas verò menti tuæ altè impressum illud  
 S. Bernardi monitum, datum Fulconi puero: epist. 2.  
 Inde latandum in adolescentiâ, vnde in senectute non  
 pœniteat.

In prima recreatione post Exercitia facien-  
 da cum tuis æqualibus, statim inchoa sermo-  
 nem de rebus spiritualibus. Talis enim esse de-  
 bet nostrorum sermonum materia, ne confun-  
 damur ab Ethnico Socrate, qui dixit in Apolo-  
 gia, Esse homini hoc maximum bonum, singulo quo-  
 que die de virtute habere sermonem. Hoc enim veri a-  
 moris natura facit, inquit S. Chryostomus, vt ij  
 qui nobis cari sunt, semper in ore nostro ac lingua ver-  
 sentur. Quod tantò magis curæ esse debet no-  
 bis.

h. 9. in  
 Ezech.  
 l. 1. mor.  
 cap. 1.

Matth.  
 24. 19.  
 l. 1. epist.

219.  
 epist. 2.

epist. 130.

1.2 ep.  
167.cap. 41.  
Fachitid.1. de mun-  
di opifi-  
cio.3. Reg. 18.  
21.

222.

223.

bis, qui in schola virtutum versamur, quia, vt scribit S. Iul. Pelosota, *Optima narrationes insita in nobis virtutum subsidia excitare solent.* Sed etiam Ethnici id commendarunt. Epictetus, *Maiores, inquit, ex parte silentium praestetur, aut necessaria dicantur, ea, paucis, sed non quiduis dicemus, non de gladiatoribus, non de ludis Circensibus, non de pugilibus, non de cibis aut potionibus, quae passim inculcantur.* Quae verba explicans Simplicius, eos plane sermones deposcit, qui Religiosum deceat. Vult, inquit, Epictetus, vt de rebus necessariis sermo habeatur, siue ad virtutem adhortando, siue docendo, siue consulendo, siue consolando, siue de veritate naturae rerum inquirendo & disputando, siue Dei excellentiam & prouidentiam celebrando, & auxilium ad degendam vitam nomini congruentem, votis exposcendo. Non autem de rebus vulgaribus, de quibus verba fieri plerumque solent. Neque igitur de compositionibus gladiatorum, neque de ludis Circensibus, aut aliis, neque de cupidis & potulis, quibus ille vel ille vitatur. Nam qui sermones huiusmodi de rebus habent, cogitationem etiam illis asfigunt. Est & cum appetitum attrahunt, & vitam sibi conformem faciunt. Sic & Plato apud Philonem, per os nostrum dixit intrare mortalia, exire vero immortalia, hoc est, intrare cibos paulo post corrumpendos, exire autem sermones dignos immortalitate, quales non sunt, qui de rebus inanibus instituantur. Quis forte ab aliis introductur, monet ibidem Epictetus, vt eos curemus excindere, vel si id fieri nequeat ob auctoritatem loquentis, aliamue ob causam, alio sermonem diuertere non liceat, vel non deceat, silentium saltem interponendum. Potest autem in prima post finita Exercitia recreatione, prima sermonum esse materia, Praestantia Exercitiorum, & quam efficax medium S. Ignatius tradiderit hanc Octiduanam Collectionem, in qua homo agnoscit se, suos defectus, eorum grauitatem, tuam obligationem viuendi perfectae & his similia.

Hoc praemisso veluti praedidio, discurre de cecitate tua & multorum, qui cum possint viuere perfecte Christi vitae se conformando, contrario modo viuunt &c. & quam sit hoc detestandum, & quas ob causas &c. pro qua re suppeditabunt tibi materiam loquendi, tum ea quae in Exercitiis ex Dei lumine agnouisti, tum quae legisti, tum multa ex iis quae supra in hoc Opusculo scripta sunt. Quod vt facias generosius, vide ne & tibi aptari possit illud S. Elie Prophetae monitum, populo Idololatria seducto a vero Dei cultu, antea amato, datum: *Vsq; quo claudicatis in duas partes (volendo scilicet placere Deo, & imperfectis) si Dominus est Deus, sequimini illum.*

Porro in ordinariis quotidianis recreationibus, hi modi esse possunt, eas bene instituendi:

Primo, Ex audita lectione ad mensam, vel concione, aliquid adducere in medium pul-

chre vel pie dictum aut factum, & circa hoc discurrendum. Si tempus adhuc suppetat;

Secundo, Adducere in medium, quod heri vel hodie legisti in tuo libro spirituali, & circa hoc discurre. Idem si socij fecerint, non deerit larga materia piorum discursuum. Hanc rationem tenebant instituendi pia colloquia Fratres nostri in Collegio Romano cum B. Aloyso Gonzaga. Nam, vt scribitur in huius vita. *Per longiores vacationum serias, quae Septembrem & Octobrem tenent, in Tusculanum missi Fratres ad confirmandas a contentione studiorum vires, alius libellum de imitatione Christi, bona Praesidium venia, alius Diui Francisci, alius Diuae Catharinae Senensis, alius B. Patris Ignatii vitam secum assebat: non nemo Annales Familiae Diui Dominici, alius Diui Francisci in manus sumebat: erat quem Confessiones & soliloquia Diui Augustini, item, quem sermones Diui Bernardi in Cantica delectarent. Quidam, qui maiores in cognitione Diuinarum rerum progressus habebant, res gestas B. Catharinae Genensis non mediocriter cum voluptate volebant: alij, quorum animus ad sui ipsorum desipientiam magis inclinabat, in praclaris Beatorum Virorum Iacoboni & Ioannis Columbini facinoribus lectandis multi erant. Horum aliorumq; librorum lectione imbuti, prima luce, primaque vespera bini, terniue in vicos colles corpora exercitatum exibant, atque interea quae legissent, inter se narrabant. Interdum vero decem aut duodecim, forte coeuntes, in sibi ac memoribus ad pie alloquendum confidebant, tanta incanditate, seruore, sensuque pietatis, vt caelestes Angelos referre viderentur.*

Tertio, Si modo vnus, modo alter proponat socijs, per modum quaerendi consilij. *Quid vobis videtur faciendum hac vel illa in re.* &c. eo modo, quo olim apud Cassianum, & nunc in sodalitatibus nostrae curae commissis, & apud nos in Nouitiatu nostro proponuntur dubia in Conferentijs soluenda. Talem consuetudinem habuit S. Gregorius Episcopus Nyssenus, fratrem natu maior S. Basilij Magni. Nam in Epistola ad Harmonium, in qua describit, quid nomen & professio Christianorum sibi velit, sic scribit: *Meministi sat scio, quod semper argumenta sermonum, quibus sermonibus inter nos vti solebamus. Meditationes virtutis erant, & ad Dei cultum atque pietatem exercitationes: cum tu quidem Praeceptoris ac Magistri more, semper is quae dicebantur ex aduerso subiceres & opponeres, nihil, quod diceretur, absque excussione atque examinatione admitteres, nos vero qui etate praecederemus, quae per consequentiam sermonis identidem requirerentur, dissolueremus. Et talem colloquendi modum, statim ait, plebri in modum ab alterius prudentia nostram vetustam citharam suscitantis.*

Quarto, Extat longus Catalogus variarum materiarum pro recreatione propositarum a Patre Hieronymo Natali factus, & approbatus a Congregatione sexta & septima Generali, & quotannis in Refectorio legi solet: ex eo petende sunt

sunt materiae nostrorum sermonum. Atque hæc dicta sunt de quotidianis recreationibus, nam in hebdomadariis, quæ toto die vel medio, feria quarta aut quinta, institui in Societate solent post horam à recreatione pomeridiana exactâ, possunt haberi colloquia de rebus indifferentibus, vtilibus tamen, proponendo quæstiones & problemata similia iis, quæ proponit noster Laurentius Forerus:

I. Cur homines, qui raras dentes habent, sunt majori ex parte breuioris vite?

II. Cur caput humanum magis pilosum sit reliquo corpore, non perinde animalium?

III. Cur equis & asinis è cicatricibus oriuntur pili non autem hominibus?

IV. Cur lingua nulli animali sit pinguis?

V. Cur ebrj ad lachrymandum sint faciliores?

VI. Cur pili in cure horrois tempore erigantur?

VII. Cur sepsio alios pinguescat, alios extenuet?

Simili modo possunt esse materiae piorum in recreatione sermonum, si singuli adferant causas & explanationes aliquarum sententiarum argutarum, quæ in sacris vel profanis authoribus leguntur. Talis sententia est S. Paulini: *Esse Peripateticus Deo, Pythagoreus mundo*. Et Philonis I. de sanct. Abel. *Virtus caret tempore*. Et Senecæ: *Illud bonum cura, quod veritate sit melius*. Eodem modo circa encomia vel epicheta Dei, Christi Domini, Beatissimæ Virginis Mariæ, aliorum Sanctorum, breues dicuntur institui pie possunt. Cur Deus vocetur, *Deus Abraham, Isaac, & Iacob*: cur Christus dicitur *Sol iustus*: cur Sanctissima Maria, *Damus Aurea, Stella maris, Turris eburnea, Fœderis arca*, & aliis titulis in Litanis cur insignitur. S. Ioannes Baptista cur *Vox clamantis* appellatus, cur dicitur *venturus in spiritu Elias*. Sic illud Senecæ: *Mala natura nunquam dolore indiget*. Et alibi, *Desines timere, si sperare desieris*. Et illud S. Dorothei ser. 10. *Da sanguinem, & accipe spiritum*.

Sed hic advertendum est, vt hi discursus, sine vlla contentione fiant, & vana ostentatione ingenij, sed cum facili laudatione eorum, quæ à locis dicta fuerint, aliena à rixis & contradictione. Quæ dum excitabitur ab aliquo, sequere consilium Ouidij: *Cede repugnantis, cedendo victor abibis*. Vti fecerunt & suaserunt etiam Ethnici: Plerique, inquit Epicætes (quem S. August. appellat nobilissimum Stoicum) apud Arrianum, dum se dant disputationibus, confundunt & confunduntur. Et ad extremum conuictis & præcipientes & profissi discedunt. Primum illud & maxime proprium fuit Socratis, vt disputando non exanderet, nec malignum aliquid aut iniuriam proferret, sed potius conuictiores sustinebat, & dirimere pugnas solebat. Turpe esset ab Ethnico homine Christianum & Religiosum vinci, cui cordi esse debet illud monitum Abbatis Iosephi apud Cassianum.

Sciendum sanè generaliter, illum partes agere fortiores qui voluntati fratris suam subicit voluntatem, quam eum, qui in defendendis suis definitionibus ac tenendis pertinacior inuenitur. Ille enim sustentans ac tolerans proximum, sani ac validi, hic autem infirmi, & quodammodo egrotantis obtinet locum, quem ita palpari necesse est ac foueri interdum, vt etiam à rebus necessariis, pro eius quiete ac pace, salubre sit aliquid relaxari.

Quod si ante recreationis tempus, obtulerit se occasio, hoc modo te declarandi, talibus tuis locis, declara te etiam tempore silentij, quia erit locutio necessaria, qua hic & nunc, non violabitur Regula silentij, & erit talis allocutio conformis menti Superiorum, & S. Patris Nostri Fundatoris.

Ex altera parte, cum iis conuersari stude, vt supra dictum est, & Sancti suadent, quorum conuersatione & exemplis, accendaris ad studium virtutum maius ac maius, & ad executionem constantem bonorum propositorum: in Exercitiis factorum. Sicut enim hoc corpus, inquit S. Chrysostomus, quotidie corporali indiget nutrimento, ne multum cadens in imbecillitatem, inefficax iaceat: eadem & anima, spiritualis indiget pabulo optimæ conuersationis, vt in aliqua bonorum consuetudine posita maligni demum insidias, constituatur inexpugnabilis. Ideo S. P. N. Ignatius magnam vultu haberi à suis delectum in conuersatione, habuitque in more, schedis datis, nominare eos domesticos, à quorum conuersatione abstinere debebant, etsi ij nec tentari essent, nec scandalosi. Quod ipse indicat clarè 3. parte Constitut. 1. Offic. c. 1. §. 3. *Sciebat enim verum esse id, quod scribit M. Tullius: Viuis non cum perfectis hominibus, pleneq; sapientibus, sed cum iis, in quibus præclare agitur si sint simulachra virtutis*. Simulacrum virtutis est, qui in speciem Religiosus, non sanctus, moribus, & obseruatione exactâ regularum ornatus est, sed tantum habitu & vortis Religiosus, vel Statu Sacerdotali, à congruentibus illi moribus non insignito.

Quocirca S. Carolus Borromeus, Oblatos S. Ambrosij, instruens ad vitam sacerdotio dignam, inter alia præscripsit hæc: *Vitæ diligenter, ne quemquam diligant singulari præ ceteris amoris affectu, qui, vt plurimum, inordinatus esse solet, sed equali omnes pro singulorum ratione & statu, charitate prosequantur: illorum tamen familiari potius ac sepius videntes consuetudine, ex quibus cumulatorem percipere spirituales vtilitates possint*. Nunquam autem hæc spiritualis vtilitas sperari potest, ex conuersatione cum iis, qui sciuntur palam & ordinariè leuiter conuersari, atque de nugis & facetiis & materiis spirituali statui non accommodatis, ridiculè sermones instituere. Non paruum est hac in re periculum. Consideremus, inquit S. Chrysostomus, si nimium quidam ac importunè risu: reprehensus à quopiam est: responderet aliis, nihil id esse mali. *Quid enim est risus: aut quid unquam*

ex risu mali sequetur? Orta tamen ex immoderato risu paulisper scurrilitas; a scurrilitate, turpiloquium; a turpiloquio, operatio turpis.

Apul. l. de Philoſop. Epict. l. 2. cap. 22. Clem. l. 2. Strom. c. 9. 230. Lips. 3. Manud. Differ. 16. Arist. l. 8. Eth. c. 3. & 4. Bal. f. 2. de infl. mo. nach.

Apolog. cap. 39. Dissert. 12. n. 73.

or. de ordinatione ciuitatis.

231.

1. Cor. 15. 33.

h. 24. de legendis lib. gentil. 232.

Matth. 12. 34. Ioan. 3. 31.

in Psal. 1. Matth. 12. 34.

Quocirca etiam Ethnici, non nisi inter bonos, & in virtute vera solidos, solidam esse posse amicitiam existimabant. Plato apud Apuleium, Epictetus & alij Stoici apud Clementem Alexandrinum & Lipsium, & Aristoteles. Quapropter S. Basilius omnium iudicio praestantissimus vitae spiritualis, praesertim Religiosae, Magister, Sermo, inquit, *futilis & quae a familiaribus ac mutuis congregationibus, mentis importuna nasci solet distractio, prorsus exterminetur, at si quid ad animarum adificationem utile sit, de hoc tantummodo sermo habeatur. Quin in iis ipsis quoque quae vilia sunt ordinis, modestaeque ac temporis ad loquendum idoneae habenda ratio est, & quae dicenda sunt; ea ab iis dici debent, quibus permixtum sit loqui. Sane non est magnum, si Religiosi vitae spiritualis cultores de rebus spiritualibus pitius loquantur, cum tales olim etiam secularium Christianorum fuerint sermones, & quidem in conuuiuiis illorum, teste Tertulliano. Ita, inquit, fabulantur, ut qui sciant Deum audire. Sermonibus praesentibus sunt honesti animi, inquit Tyrtius, non futuris tamen. Quibus ergo? Qui ad superiorum cogitationem temporum eos reuocent, resque iam olim gestas, spectandas proponant. Certè Superiore audiente non auderes ea dicere, quae soles, quomodo autem aures, Deo melius audiente quomodo talia libentius audis, quae scis & Superioribus & Deo displicere; Praesertim, cum materia talium sermonum audita, ipsi noceat. Communitati. Hinc Demosthenes, lumine naturae edoctus, cupiens iudici optimum Ciuitatis statum, hoc remedium proposuit. Oportet, Athenienses, eum qui boni aliquid facere nostra Ciuitati cupit, primum vestras aures sanare: corruptae enim sunt, adeo falsa & multa, (per multiloquium inane) & quauis, (sine villo delectu, prout in buccam veniunt) potius quam optima audire consueuisti. Merito haec de te tanquam Communitati noxia sollicitus erat Demosthene. Verus enim est ille Menandri senarius, teste S. Hieron. ab Apostolo quoque usurpatus: *Corrumpunt bonos mores colloquia praua.* Et ita in Domiciliis Religiosorum, ex non spiritualibus sermonibus, sed leuibus & dissolutis, sequi solet vita non spiritualis & dissoluta. Quod quotidiana vbique experientia confirmat. Nam prauis assuescere sermonibus, inquit S. Basilius, *via quaedam est ad rem ipsam.* Sicut vice versa, ex non spiritualibus & irreligiosis moribus, sermo procedit non spiritualis & irreligiosus. Dicit enim nostra, est index animi, vti SS. Patres, & Ethnici docent, sed magis Christus Dominus, qui ait: *Ex abundantia cordis os loquitur.* Et S. Ioannes Baptista: *Qui de terra est, de terra loquitur. Mali,* inquit S. Augustinus, *malas habent linguas, id est, mala loquuntur cum loquuntur dolunt. Quibus Dominus dicit, quomodo poteritis bona loqui, cum sitis mali**

& Clemens Alexandrinus: *Qualis sermo, talis est vita.* Si vis ergo conseruare & augere bona proposita, & exequi illa, ama colloquia spiritualia, & cum talibus conuersare, Noli erubescere loqui de iis, ob quae reliquisti mundam, & statum spiritualem amplectus es. Concordet lingua cum tuo habitu & statu. Declara te spiritualium rerum sectatorem, materia sermonis spirituali. Exprime ore tuo praeclarum S. Chrysostomi dictum: *Nos ita loquendo sicut Apostoli, notis sumus, loquendo sicut Angeli.* Immo si loquemur de piis rebus, erimus quodammodo os ipsius Dei. Quae de re audiendus est dilectus nobilis S. Ioannis Chrysostomi verè anteo ore, hac ipsa de re disserteris in alio loco. *Antea vobis dicebam, charissimi, quod lingua vestra manus sit, Dei pedes apprehendens, nunc autem magis dico, quod lingua vestra est lingua, Christi linguam imitans si congruam exhibeat diligentiam si loquamur ea, quae vult ipse & c. si loquaris mansuetudinis verba, & ad proximorum emendationem, linguam Christo similem habebis. Et haec ipse Deus testatur: Qui enim edicit dignum ab indigno, sicut os meum erit. Cum itaque lingua tua, tanquam Christi lingua sit, & os tuum quasi os Patris fiat, & si sancti Spiritus templum, quis iam huic fuerit aequalis honor: Nec enim si tuum ex auro foret os compositum, aut ex pretiosis lapidibus, ita fulgere deberet, ut nunc mundo mansuetudinis illustratum. Quid ore, quod consumeliam proferre possit, sed semper benedicere miteretur, desiderabilis: Si vero maledicenti benedicere non potes, tace: hoc interim elabora, & paulatim procedens, & (ut dicit) studens, ad illud quoque peruenies, & os habebis tale, quale diximus. Nec audax dictum esse existimes, benignus enim est Dominus, & bonitas eius donum efficitur. Audax est, os diabolo simile possidere, & linguam maligno demoni habere similem, quam habere non oportet Christi mansuetudinis sectatorem, praesertim talium participem mysteriorum. & ipsi carni Dominicae communicantem. Haec itaque reputans, illi fuis pro tuis viribus similis & c. Dedit tibi Christus potentiam, ut ipsi similis pro tuis viribus efficiat. Hoc audiens non trepides, timor est, non ipsi esse similem. Secundum illum igitur loquere, & in hoc factus es talis qualis ille, quantum homo fieri potest. Propterea maior est ita loquens quam prophetans. Hoc enim donum est totum, hic autem & labor tuus & sudor, animam edocere, os tibi formare Christi ori simile & c. Non ita ut Prophetarum amplectatur, sicut mirum & mansuetorum hominum. Eorum nimirum, qui alienos mores, lingua maledica non denigrant, sed etiam certos & notos aliorum defectus, excusatione pia, & bona interpretatione tegant. Ideo, forte scriptis Clemens Alexandrinus: *Dictionem nostram esse debere tanquam vestem in corpore. Nimirum, ut quemadmodum vestis tegit & occultat membra, quae sine pudore & confusione detegi & aspicere nequeunt, ab honestis oculis, sita sermone nostro, veta & certa vitia aliorum tegantur & occultentur, quin potius ornentur laudibus, sicut vestis praeter inconuenientum & defen-**

defensionem corporis ab aëris iniuriis, nocturnis & diurnis, etiam illud ornare solet.

Ceterum in conuersatione cum domesticis, vitanda est, tum frequentior longè cum vno quam cum aliis æquè bonis conuersatio, tum communicatio secretorum, quæ soli Deo & Patri Spirituali ac Superiori referenda est; vix aliquid notabile & ratum, etiam bonis sociis manifestandum, ad te spectans, quamdiu es in Classe incipientium & proficientium: solis id concedi potest, qui & ætate, & diuturno virtutum studio post faceretotum susceptum. transgressi sunt ordinaria studia bonorum. Nec enim in exemplum trahenda sunt aliquorum Sanctorum facta contraria, quos sicut notabili sanctimonia insigniuit Deus, ita quandoque præter communem procedendi modum, saluis essentialibus & communibus viis, veluti per semitas, non cuius peruias, duxit ad fastigia rara virtutum.

Vehementer quoque proderit, quolibet mense, & quidem (ne pia hæc consuetudo è memoria excidat) primo die mensis, totam meditationem instituire, circa bona proposita præcipua, in Exeritiis, & aliis facta, representando ea Deo, & renouando instar renouationis votorum, & videndo, quomodo ea serues, & acriter inculando te coram Deo, si aliquid non seruasti, & motiua ad ea exequenda siue vetera, siue noua, ponderando, & inuocando Diuinam opem ardentem pro eorum constanti executione in posterum.

In colloquiis quoque Mensuris cum Patre Spirituali, proderit ei manifestare quomodo te geras in executione bonorum propositorum.

Valdè etiam prodest, si constituas socios probos, morum tuorum censors, vt te moneant. Id suadebat S. Ignatius: & S. Chrysof. inquit: Quoniam est tanta consuetudinis violentia, eam in alteram transfer consuetudinem. Et quomodo, inquit, potest fieri? Sint multi censors, sint inquisitores, & probatores multi. Dic mihi: si regimen inuersionis possides, nome puerum corrigere subes, nec ab illo moneri confunderis, cum illud quidem non multum sit dedecus: hic autem in anima detrimentum patiens, ab alio corrigi erubescis: Et circa vestimentum quidem, ornantem sustines seruum, & subrogantem, animam autem non sustines ornantem? Sint ergo multi censors. Sicut enim fera, quæ ex omni parte agitur, fugere non potest; sic & tot habentem custodes, tot increpantes, cum vndique pulsetur non licet non cauere. Et primo quidem die hoc agere feret, & in secundo & tertio, deinceps verò facillimum erit, & post quatuor, neque negotium hoc existimabit. Experientiam facite, si non creditis. Hæc Chrysofostomus. Quin etiam Ethnici id suadebant, & in more habebant. Hinc Plautus in Trinummio:

Sed ex amicis certis mihi certissimus,  
Si quid me scis fecisse, inscite aut improbe,  
Si id non accusas, tu ipse obiurgandus es, scio.

Maximus Tyrius, Amicus, inquit, id quod bonum putat, siue id dolorem postea, siue voluptatem adferat, cum amico communicat, & ex æquo fruatur: Adulator ex præscripto libidinis suo, quicquid cum amico agit, ad lucrum suum dirigit. Non est, inquit S. Hilarius in Psal. 14. Opprobrium aduersus proximos inuendum, sed si quid in eis incuriosum, si quid perulans, si quid incontinens deprehenditur, sine exprobrationis amaritudine, blandimento etiam dictionis est corrigendum. Plutarchus quoque lib. de ira cohibenda, Qui, inquit, saluus esse debeat, opus habet vel probi amici, vel inimici vehementissimis, quia illi admonendo peccantes, hi criminando, à vitis auerunt.

Quotidianum autem pro hac re & efficacissimum remedium erit, & auxilium, si dum in meditatione te senseris excitatum, ad aliquid præclarum pro Deo præstandum, renocatis in memoriam, saltem breuiter propositis præcipuis, statuas te velle, eorum executione, constantius demonstrare tuam erga Deum fidelitatem in obsequio eius. In eâ enim includuntur omnia illa, quæ Deus à nobis exigit, & quæ Deo debemus, ob tot beneficia, & ob alias causas, (etiam citra respectum beneficiorum) exigentes à nobis, vt omnia possibilis nostro statui, & viuendi modo non repugnantia, faciamus pro Deo, & omnia mala toleremus, & omnia mala ac quasuis imperfectiones vitemus, semperque de bono in melius, benè vtendo Diuinæ gratiæ auxiliis, progrediamur, retinentes & augentes in nobis, piis considerationibus, & lectione librorum spiritualium, ac colloquiis religiosis, insatiabilem esuriam & sitim omnis iustitiæ & sanctitatis: quæ si diu durabit, certo introducet eximia Dei dona. Dominus enim noster, inquit S.

Chrysofostomus, si viderit animam vigilem, & desiderium feruens, & ipse suas diuitias largitur suppeditat, pro sua munificencia, vltra etiam quam petere audeamus. Exequamur ergo constanter bona proposita pro Deo, vt solent mundani pro mundo, & vt monet B. Laurentius Iustinianus: Pudeat seruos Dei secularium animositatis, insatiabilem mentis sollicitudinum, laborum penè intolerabilem, famis, discursus, vigiliarum, inquietudinumque, conuincat profectò reporem eorum, qui Christo Domino militare videntur, consurgunt in iudicio cum generatione hæc nostra, & condemnabunt eam, quemadmodum Austri Regina progeniem Hebræorum &c. Nonne innata clamat ratio, & vsus docet, vt tanto sollicitius res vnaque que queratur, quanto pluri esse deprehenditur? Aurum videmus præponi argento, argentum plumbo, plumbum luto, gemmamque marmoris saxo. Et hæc vnde, nisi quia pluri estimantur? Cur autem in spiritualibus & præstantioribus eadem fieri non videmus? Quare calum plus quam terra non diligitur? Deus magis quam creatura non amatur? Inuisibilia & æterna amplius quam visibilia & temporalia? Sic cæci effecti sunt homines, sic sensum auerterunt proprium, vt sine discretionis iudicio, præponantur magnis parua, spiritualibus carnalia,

arique caduca celestibus. Quotique deterior est. volunt  
 abque exercitacionis promptitudine aeternam obtinere  
 mercedem. Tale quidem abusus mundi scilicetatoribus fa-  
 cile indulgetur. quando qui Divino se cultui mancipa-  
 rant. hanc seque querant. Volunt quippe sine alicui-  
 us rei inopia esse pauperes. sine tribulatione patientes.  
 obediētes sine proprii arbitrii abnegatione. gratia lo-  
 cupletes sine ulla summe violentia. humiles sine oppro-  
 briis. virtutesque ceteras habere peroptant. ita tamen. ut  
 salua corporis sōstrate. & mentis incūditate. nihil  
 molestia perferant. &c. si amaris vrentur. incendio  
 qui Christo deficiunt. si virtutum percipere sicut  
 tatem. si viderent contra se. Ne quis verus amor otiosus  
 esse. neque cor nobile iacere in imis. vel dormire desi-  
 da. desiderio serret. proficiendū. votis trahitur. se nihil  
 arbitratu agere. quāvis magna perficiat. semper est  
 bigidus contra se. se deicit. se insequitur. seque contem-  
 nendo custodit. Hanc pondera. an in te sine vides. fug-  
 ge fugienda. corrige corrigenda. perforce perfiti-  
 cenda. aggredere aggredienda. memor aeterni-  
 tatis & Dei. huius & illius propter solum Deum.  
 qui tua omnia considerat. bene notat. suo tēpore  
 iudicabit. & reddet unicuique iuxta opera sua.

244. Porro ut bona proposita in tua Collectione  
 facta durent. & in moribus nostris tam internis  
 animi quā externis corporis. demonstramus  
 Deo amorem nostrum. qui est finis omnium  
 nostrorum conatum. & status iuxta consi-  
 lium B. Laurentij Iustiniani datum libro de o-  
 bedientia c. 5. procedendum est. Quem admodum.  
 inquit. ut ardeat semper ignis. opportunis fomentis nu-  
 triendus est. ita ut perseveret in corde devoti. orationi-  
 bus virtuosisque operibus. Christi excitandus est amor.  
 Iugiter quippe meditandum est. Saluator noster quan-  
 ta nos charitate dilexerit. qualia pro nobis pertulerit.  
 quove nos dignatus sit redimere. pretio. Hoc namque  
 i. Pet. 1. 18. conuersis fidelibus. Apostolus Petrus insinuare volens  
 dicebat. Sciens quid non corruptibili auro vel argen-  
 to redempti estis de vana vestra conuersatione paterna  
 traditionis. sed pretioso sanguine quasi Agni incontami-  
 nati & immaculati Christi. Et Paulus. Emissi (inquit)  
 i. Cor. 6. 20. pretio magno glorificate & portate Deum in corpore  
 vestro. Quocirca dum ad non seruanda facta in  
 245. Exercitiis bona proposita. senties te impelli ab  
 amore alicuius rei vel personae. quae ante illa. te  
 impediēbat in studio vitae perfectioris. opponē  
 illi amorem Christi Iesu. tibi declaratum. tum  
 passione & morte sua. tum tot perpetuis bene-  
 ficis. quae ab eo haec nūc percipisti percipis. per-  
 cipiesque deinceps. quibus nullū aequale perci-  
 pere potuisti aut poteris. ab iis. ob quorum  
 amorem. Christi exemplis. & vestigiis antea  
 adherere noluisti. declinando & fugiendo ope-  
 ra virtutum. Sic dum metu alicuius mali vel  
 crucis incitaberis. ad violanda bona proposita.  
 perpende maiora pro te mala tolerasse Iesum  
 tuum. quā tu possis perpeti ab iis. in quorum  
 gratiam antea Regulas. & internas inspiratio-  
 nes non seruasti. Proinde resolve te ipso primō  
 die. quo finem Collectioni impones. ita loqui

& procedere. ut in verbis & factis. & necessariis  
 omissionibus. rerum ex impulsu perfectionis  
 omittendum. te ipsa in te demonstres illud  
 Apostoli. Non erubescas Evangelium. Alioqui timere  
 mentō. debes illud Christi Domini. Qui me erubescit  
 Rom. 1. 16. & meos sermones (quorum multos in corde  
 tuo tēpore. Exercitiorum audisti) hunc filium  
 Luc. 9. 16. hominis erubescet. cum venerit in maiestate sua &  
 Patris & sanctorum Angelorum. Et metere debes  
 illud psal. 52. Disparuit ossa eorum qui hominibus  
 placent. confusi sunt. quoniam Deus spreuit eos. Tunc.  
 inquit S. Hilarius in psalmum 52. huius prophetiae  
 dicti sententiam. sanctus ille gentium Doctor. dicens  
 Gal. 1. 10. Ego si adhuc hominibus placerem. Christi  
 seruus non essem. Inutilis est humanae gratia & iheru-  
 galisa scitatio. Nam Deo magis quā in contumeliam  
 Dei. hominibus est placendum. ut per Divina iustitia.  
 & probitatem fidelis vitae. innocentis placeatur. Ca-  
 terum placere tantum hominibus velle. Deo est displice-  
 re.

247. Claudam hoc punctum pulchra admoni-  
 147. tione B. Laurentij Iustiniani. Christi milites. & I. de hu.  
 Deo famulantium universa agmina (post absoluta mul. ca. 1.  
 Exercitia) pugnatē viriliter. existis fideliter (passio-  
 nibus vitietis. tentationibus demonum. malis  
 consiliis. & exemplis non bonorum amicorum)  
 perseveranter stare. (in bonis propositis) nulla vos  
 demulceat voluptas. nullus superet labor. nulla tentatio  
 deterreat. iter vestrum non retardet adversarius. pro-  
 positum vestrum non immutent mina. cursum vestrum  
 terrenarum actionum non impediant vincula. magna-  
 nimitatemque vestram nulla proflus frangat adversitas.  
 Imitemini Ducem vestrum. sequamini praepceptorem.  
 saluberrimis eius obtemperate monitis. votis annuite.  
 exhortationibus assensum prebete. profectum vitae  
 vestrum querit. satietate concupiscet. renouationem ex-  
 pectat. Ut quemadmodum exhibuistis olim membra  
 vestra servare iniquitati. ita nunc iuxta Apostolicam  
 doctrinam. exhibeatis eadem servare iustitiae in sancti-  
 ficationem &c. Virtutes qua elucet in Capite & Du-  
 ce vestro. ab ipso etiam commendatae sunt vobis &  
 19. praepcepta. non est aequum ut per aliud iter Princeps gra-  
 diatur exercitus. & per aliud milites. si tamen deside-  
 rant immortalitatis gloriam & coronam percipere.  
 quam iam assecutus est Dux. & suis comilitonibus pol-  
 liceretur.

248. Quoniam verō frequentius bona proposita  
 248. in Exercitiis facta non implentur. ob sociorum  
 non spiritualiter viventium conuersationem &  
 colloquia. si te aggredietur talis aliquis socius.  
 Rom. 5. 18. armes te illis S. Bernardi verbis. quibus malum  
 epist. 1. cuiusdam nepotis auunculum describens. ta-  
 lem tuum socium deseribit. Auunculus (socius)  
 tuus querit animam tuam. qui iam perdidit suam.  
 verba oris eius iniquitas & dolus. Erat in via qua am-  
 bulabas. abscondit laqueos. tendit retia. molli sunt ser-  
 mones eius super oleum. & ipsi sunt raacula. Vide. fili  
 mi. ne capiaris a labris iniquis. & a lingua dolosa. Con-  
 figat carnes tuas diuinus timor. ne te capiat carnalis  
 amor. Blanditur. sed sublingua eius labor & dolor.  
 sperne



speme blandimenta continere promissiones. promittit magna sed ego maiora offero plura sed ego plurima. Dimittes ergo pro terrenis caelestia, pro temporibus aeterna; Nequaquam. Conforta te illis quoque Christi Domini verbis ad S. Brigitam prolatis: Qui sunt Iudei, qui Lazarum resuscitatum (quem imitantur qui in Exercitiis & per Exercitia à prioribus defectibus se liberarunt, & verum resurrexerunt Christi beneficio ad novam vitam) quarunt interficere? (malis consiliis vel exemplis volendo te ad pristinam reducere tepiditatem) nisi illi qui ex eo indignantur, quod melius huius viciis: qui sublimia didicerunt loqui & modica facere: qui sauros hominum sequentes, tantum contenti pibilibus contenti sunt facta Praecessorum suorum, quanto minus dignantur vera & altiora intelligere. Tales sunt multi, qui de virtutibus sciunt disputare sed non eas vivendo virtuosè servare. Ideo & eorum animae periculantur, quia verba plurima sunt, & facta non apparent.

Quid si queras, quo animo quis esse debeat erga socios imperfectos & non bene procedentes?

Respondeo, Imitandum esse hanc in re S. Hieronymum Pelasiotam, S. Chrysostomum discipulum, quem Evagrius scribit, vitam Angelicam in terris traduxisse, & vinam expressamq; effugem vita Monastica & Divinae contemplationis omnibus perpetuo inveniendam proposuisse: & Theodosio Imperatore regnante in magno honore fuisse, quem Nicephorus Callistus ait, in Pelasio monte Monachis presuisse, & iam inde ab adolescentia sua in Monasticis laboribus desudasse, & ita carnem, animam arcanis sublimioribusq; doctrinis foventem, in acerasse, ut Evangelicam prorsus agere vitam, & vira animataq; Monastici instituti, Divinae contemplationis columna, & velut primarium quoddam exemplum flagrantis emulationis, doctrinaq; spiritualis esset, & quidem Presbyter, ut scribit Suidas. Hic ergo tantus vir, sic scripsit ad Theopentum Episcopum: Ego nec peccati expertus sum, nec peccati expertes amicos quero, (non enim inveniunt) verum eos quidem qui maximis virtutibus, ac paucis, minimisq; vitiis praediti sunt, in amicorum classem adscribo: eos autem, qui contra affecti sunt, nec numero, nec prorsus ab illo. Non inquam, numero, ne certui nostro calumniam efficiant (apud omnes enim hoc in consuetudine positum est, ut quemque ex his, qui cum eo consuetudinem habent, iudicent) non autem ab illo, sperni ipsi bonam relinquens. Illi enim & consiliarius & amicus vtor, his autem non bellum infero, sed quam possum pacem tribuo, Apostolicam scilicet legem servare studens. Si fieri potest, quantum in vobis est, pacem cum omnibus hominibus habentes. Eos autem moneo, ut à vino abstineant, ac virtutem complectantur. Quod si ipsi consilium meum in odium atque inimicitia occasiorem traxerint, haud parum meoorem (non quod inimicitiam mihi indixerint, sed quod nullam virtutem acceperint) mihi accersent.

**CAPIT. VIGESIMVM**

**De Octiduanæ Collectione eorum, qui sunt profecti in spiritu, & conantur Deo servire perfecte, & serio suo profectui in virtutibus attendunt.**

Quae haecenus à me scripta sunt, pro iuvenis praecipue iis scripta sunt, qui sunt voluti Tirones in seculari statu & in Religione non usquequaque perfectè, sed tepidè viventes, & multis imperfectiōibus laborantes, & qui adhuc in via purgativa versantur. Quia verò in Societate nostra, omnes quotannis, saltem per octo dies, ab aliis occupationibus secedere debent, & se per Exercitia spiritualia colligere, & inter eos inveniuntur valde multi valde ferventes in obsequio Dei, & serio perfectioni magnè acquitendae incumbentes; tam Sacerdotes quam non Sacerdotes, in eorum gratiam aliquid hoc capite adferam, propriè ad illos spectans, & ad alios, qui ex via purgativa excesserunt, & à defectibus Tironum se liberos Dei beneficio agnoscunt, & magnos in virtute fecisse progressus. His, inquam, tradam vtilia monita, seu potius consilia, ad octiduanam Collectionem vtiliter peragendam.

Imprimis, licet sit aliquis eximia virtute & aetate maturus immò sanctissimus & perfectissimus, octiduanam Collectionem inchoet, à Meditationibus pro prima Hebdomada assignatis, ut praescribitur in Directorio Exercitiorum. Quod etiam S. P. Ignatius Annotationè 20. Intio libri Exercitiorum posita monuit. Et inquit, qui fructum consequi spiritualem optat, quam possit maximum, tradenda sunt omnia Exercitia, eodem quo procedunt ordine. Cui doctrinae S. Patris, in nixa septima Congregatio Generalis, statuit, Ut detur opera, ut annua Exercitia spiritualia 9. Canonè Congregationis sexta praescripta, exactè ab omnibus fiant, & servata etiam in illis proportione methodoq; quibus integra Exercitia fieri consueverunt.

Quapropter inchoanda sunt Exercitia à consideratione duplicis Finis, tum eius qui est communis omnibus Christianis, tum illius, qui est proprius vitae Religiosae, & nominatim nostrae Societatis vel alterius Instituti, & Congregationis aut Societatis, in quorum finium consideratione, suadeo 4. horas primae diei Exercitiorum impendere: quia ut experientia patet, ex profunda penetratione finis huius duplicis, immò & solius primi, dependet omnis nostrae vitae institutio, & reformatio. Et hanc ob causam hoc Exercitium à S. Patre appellatur Principium & Fundamentum. Principium quidem, quia sicut in Philosophia Conclusiones deducuntur ex certis principiis, ita resolutiones bene vivendi, deducuntur ex punctis huius Exercitij.

